

hodie plerique corrupti & cacozeli vtuntur verba
noua atque inusitata anxie quaerentes: vt doctiores
videantur Neque existimantes rerum gratia verba/esse
inuenta/ scribente ita horatio in arte poetica Rem tibi
focratice poterunt offendere chartae Verbaque preuisam rem
non inuita sequentur Supuacaneum quidem pene fuerat post
M. T. C. ac Fabium Quintilianum Idem toties repetere. nisi
quidam hodie reperirent/ verborum aucupes atque auxilij
captatores/ qui vnius verbi causa tantum epistolam condere
parati sunt Cumque voculam vnam longo labore quaesitam.
epistolae inseruerint/ putant se palmarum fructum reperisse
Ac tunc maxime suam barbariem ac balbutiem indicant.

De exercitatione & stilo Ca: I.

Caput igitur illud primum sit: re tota acute, ingeniose
prudenter disposuisse Quando in tanta latinae linguae
opulentia verba propria/ apta atque ad rem ipsam
significanda nata. deesse non possint Exercitatione itaque
opus est & stilo non mediocri Scribendum vero quod plus
rimum & quod diligentissime Quoniam stilus optimus
effector est & magister dicendi vt apte apud